



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

13. Fructus matrimonij in filios redundans à matribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Atque hic quoque fructus è matrimonijs redundat, ut quemadmodum parentes filijs dant initium vitæ, ita etiam eos Deo viuere doceant; immo & mori Deo. Qualis fuit prorsus nunquam satis memoranda illa Machabæorum mater, quæ capta, ac flagris & taureis, cum filijs cruciata, non solum sicis oculis immania filiorum suorum tormenta aspexit, sed etiam quid non dixit, quid non fecit, ut eos animaret, immo ut se ipsam? Nam dum primus maximas, in eorum conspectu patere tur diritates, ceteri, una cum matre, inuicem se hortabantur mori fortiter. Itaque supra modum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ percuntes septem filios, sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat, propter spem, quam in Deum habebat: singulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta sapientia: & feminea cogitationi masculinum animum inserens, dixit ad eos: Nescio qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donavi vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi: sed enim mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis, propter leges eius. Denique cum adolescentior vnicus superesset, inclinata ad illum dixit: Fili mi, miserere mei, quæ te in utero nouem mensibus portauis & lac triennio dedi, & alui, & in atatem istam perduxi. Peto, nato, ut aspicias ad calum & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, ut non timeas carnificem istum; sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Huic similis est septem filiorum martyrum mater & ipsa martyr Felicitas, quam D. Gregorius, in Ecclesia eius eximie dilaudauit. Similis est & Theoclia, quæ Pompeiopoli in Cilicia, præside Maximino, eum filius eius castissimus, ipso Paschatis festo die, post virgas, neruos, rotas, flammæ, cruci affigendus esset, ob Christianam religionem, carnifices rogauit, ut eum inuerso capite, more, & Petri Apostoli, affigerent. Inde ergo virgineus iuuenis, in Culusitanæ fortissimæ matris vitam, in cælum animam effu- in conspectu vulgæ te, aspiciente, adhortante.

XIII.

2. Mach 7. 1.

Sur. 10. Felijia
vita eius. S.
Greg. hom. 31
in Euang.
Metaphrast.
7. April. in
vita S. Cal-
liopij.

Fiii 3

Qui